

Sancti. Damiani. et omni sanctorum. quorum sollemni
hodie in conspectu tue maiestatis. re-
bratur. dñe deus noster tota in dihe terrarum
omni sanctorum tuorum quorum meritis precibus
contendas. ut in omnibus protectionis tue rem-
niamur auxilio. **I**n eundem xpm dñm nrm.
Ant igitur oblationem seruitutis nostre
cuncte familie tue. **Q**uesumus dñe. ut pla-
cipias. dies qz nostrorum in tua pace di-
as. atqz ab eterna damnatione nos tripe-
lectorum tuorum iubeas grege numerari p
dñm nrm. **Q**ua oblatione tu ieris i
omnibus qz. benedicta **X** assumpta **X**
rationabile. acceptabile qz face-
meris. ut nobis. corpus **X** et sanguis **X**
delectissimi filij tui dñi nostri ihu xpi

MS 612

Sammelband

Ausg. 1. Bd.

18.

Programma

Ad

IVVENTVTEM

optimarum artium studiis

destinatam,

In illustr. Acad. Julia

PRORECTORE

V. Cl. & Consultiss.

HENRICO ANDREA

CRANIO I. V. D.

P. P.



HELMAESTADI,
Typis heredum IACOBI LUCI,

—
Anno cld Is cxxiii

31
LIVII



Liuius lib. XXII.

*S*æpe audiui eum primum esse virum,
qui ipse consulat, quod in rem sit. Se-
cundum eum, qui bene monenti obediat.
Qui nec ipse consulere, nec alteri parere
scit, eum extremi ingenii esse.

Verbum vetus & verum,

Η ΕΤΠΕΘΕΙΑ ΜΗΤΗΡ
ΣΩΤΗΡΙΑΣ.





PROFECTOR
ET
SENATUS ACADEMIAE
IULIAE.

*Studiosis optimarum artium,
Cuius suis
S. D.*



Vam paterno in vos animo si-
mus, eoque recte consultum vo-
bis cupiamus, neminem ve-
strum, adolescentes, fugit. I-
taque non modo fideliter, suo
quisque loco, partim publice, partim priuatim
docemus, quae ad vos erudiendos, & Men-
te, Animo, Lingua meliores indies reddendos
faciant, quaeque commodis patriae quem-
que suae praeparant, ut magno eius olim fru-
ctu, vestro ipsorum honore, & quibus ca-
ri estis gaudio, locum obtinere honestum
in Rep. possitis; sed & libenter facimus, ut e-
os, quorum rationes ita poscunt, aut ferunt,
si id quoque cupere se ostendant, testimoniis
vel priuatis, vel publicis ornatos, ad suos, aut

quo quemq; rationes suæ vocant, dimittamus. At verò, vt durius aliquid de quoquam statuamus, ægrè adducimur: neq;, nisi paterna lenitas nobis ferociâ quorundam aut proteruia extorqueatur, & animaduерendi necessitas imponatur, ad pœnas expetendas descendimus: idq; ipsum etiam prope inuiti, & non sine animi morfu, vt medici ad secandum aut urendum. Hinc fit, vt quibusdam interdum, affectum in vos nostrum non satis rectè æstimantibus, lentiores aut dissolutiores uideamur, quàm oporteat, & disciplinæ publicæ ratio postulet. Seuerioribus quidem certè iudicibus, (etsi legibus hætenus, & dignitati Academiæ non desumus) non fortè usquequaq; consilium nostrum hac parte probamus. Verùm memores, cuiusmodi nostrum in vos esse debeat imperium, non inuiti eam virtutem amplectimur, qua maximi quoq; principes libentissimè semper usi sunt, & utuntur: quamq; non optabilem modò subditis & gratam, sed & salutarem esse scimus. Illud nempe Comici nobis, qui hoc loco
su;

sumus, persuasum penitus dictum, idq; oculis animisq; ferè, quum de vestris erratis aut delictis statuendum, obuersatur,

Pro magno peccatò paullum supplicii fatis est patri.

Et illud eiusdem,

Errat longè, meà quidem sententiã,
Qui imperium credat gravius esse, aut stabilius,

Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adiungitur.

Quo animo quum simus, neq; facile ab eã sententiã dimoveri nos patiamur, quorundam tamen (ne quid gravius nunc dicamus) perversitas vix eam perpetuò sequi nos finit. Sunt enim, pauci quidem illi, fatemur, sed tamen non prorsus nulli, in vestro numero, qui non tam, quid nos velimus, quid parentes ipsorum aut cognati, quid ipsæ leges, cum humanæ, tum divinæ postulent, quid honestas ac pietas, & misera hæc, in primisq; calamitosa tempora cuiq; bono permittant, intueantur, quàm quid iuuenilis protervia, aut temeraria animi cu-

A

3

pido,

vido, quid inanis ac stolidi ostentatio, & pænè puerilis iactantia, deniq; quid consuetudo prope deterrimorum ferat. Itaq; præ his, quibus vix quidquam inanius, illa, quæ sanctissima sunt, despiciunt atq; contemnunt; sæpe etiam salutem suam, aut amicorum, in grave coniiciunt discrimen. Academiae verò, & publicæ disciplinæ eam turpitudinis labem adspargunt, quasiq; notam inurunt, quæ cum ab omnibus inhonestissima iudicetur, tum non facile eluatur, aut abstergatur. Quin vos ipsos in contemptum aut odium sæpè pauci illi vocant, non solum nobis reclamantibus, sed & vobis ipsis, ut speramus, invitis ac dolentibus. Itaq; quum, tales qui sunt, communes fere omnium hostes, disciplinæ, honestatis, legum, magistratus contemptores videri haberiq; velint, & revera sint: visum est senatui Acad. seriò iis denunciare, vti sibi quisq; deinceps caueat. Neq; enim impunè erit, si quis posthac, præsertim ita miseris atq; calamitosis temporibus, tam tristi patriæ omniumq; statu, petulantia suæ morem gesserit

po-

potius, quàm legibus, & magistratus edictis
quibus obtemperaturum quisq; vestrum
iuratus nobis confirmavit, aut certè sanctè
recepit. Quam fidem nobis datam qui fal-
let, diuinæ vindictæ profectò non effugiet
manum: quæ quò ferior, eò grauior ingru-
ere tandem, & urgere improbos solet. Ac
ne ignoretis, quibus nunc potissimum re-
bus interdiciamus vobis: (etsi pridem hæc
scitis) neq; conflictus & digladiationes ho-
stiles; neq; displosiones bombardarum,
quas vocant, noctu præsertim; neq; clamo-
res & boatus, vel rugitus quasi quosdam in-
sanos, domi aut in publico petulanter edi-
tos; neq; classicum, quod nonnulli per tubi-
cines intolerabili petulantia in pacatis lo-
cis canere, nocturno quoq; tempore, ausi a-
liquando sunt; neq; exagitationes cuiusquã,
& convicia clandestina, quasi tela venenata
in famam alienam ac mores contorta: neq;
indebitarum exactiones pecuniarum, quo-
cunq; nomine aut prætextu, in vlllo vestrum
feremus. Hæc enim omnia, non rustica tan-
tum & absurda, sed partim plusquam bar-
ba-

bara, partim belluina, neq; nullā prorsus tar-
tarea sunt. Itaq; & leges, quæ à sapientissi-
mo fundatore ad salutem vestram iam olim
latæ, quotannis publicè bis recitantur, istis
vobis (de aliis enim nunc nihil dicimus) in-
terdicunt: & nos idem sæpe, etiam ex hoc
loco, quod scitis, repetiuimus. Qui fideli-
ter monentes deinceps spreuerit, & leges cū
magistratu pariter ludibrio habere institue-
rit, videat ne longūm doleat stulticiam bre-
uem. Neq; alium præter se accuset, qui sibi
calamitatis, suis dolori causa sciens volens
esse voluerit. Nos modestiam, probitatem,
bonarum artium studium, in quocumq; ve-
strum ea deprehendemus, beneuolentiā no-
strā porrò complectemur. Petulantiam,
audaciam, ferociam, pestes animorum, indi-
gnas literarum & virtutum cultoribus, iis
pœnis, quibus leges volunt, coercebimus,
aut persequemur. Id ne sit necesse, officii memo-
res, pietatem & virtutem omnem, bonasq; disci-
plinas, quibus dediti estis, sedulò colite: vota
pro patria, & principibus nostris, ac meliori rerū
statu, assiduè nobiscum ex animo facite, & be-

ne Valete P. P. IV. Non.

Sextil.

V 17



innumeris gratiis et benedictionibus hanc
viam. hanc **X** innumera hanc sancta **X**
innumera illibata. **X** in primis que tibi
innumus pro ecclesia tua sancta catholica
innumificac custodie. adiuuare. et regere
innumus toto orbe terrarum. una cum familia tua
innuma. Rege. innumo **S** familia nostra **S** et omni
innumo orthodoxis catholice et apostolice fidei
innumo toribus. **M**emento dñe famulorum famu
innumo rum tuarum. **S** et omni circumstantium quorum
innumo fides cognita est. et nota deuotio pio quibus
innumo tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc
innumo sacrificium laudis pro se suis et omnibus pro
innumo ratione animarum suarum. pio spe salutis. et
innumo incommunitatis sue tibi reddunt vota sua
innumo eterno deo uiuo et uero **O**mnium





8.
 mma
 VTEM
 tium studiis
 am,
 cad. Julia
 TORE
 onfultiff.
 ANDREA
 I. V. D.
 ESTADI,
 COBI LUCI,
 XXIII

